Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0004-7

1663.

1. Bechmann, Joh. Volk: De jurisdictione parium

2. Bechmann, Joh. Volk: De juramento litis decisorio in specie ita dicto.

3. Bechmann, Joh. Volk: De jurisconsulto

4. Bechmann, Joh. Volk: De natura atque differentiis actionum bonae fidei et stricti juris in jure civili

5. Beierus, Adrianus: De remissionibus.

6 Beier, Adrianus: De confessionibus

7. Falckner, Johann Christophorus: De jure complicum in delictis.

8. Falckner, Joh. Christophorus: De rei debitae interitu.

9. Falckner, Johann Christophorus: De commodato.

10. Fridorici, Johann Arnoldus: De sensibus

11. Mullerus, Philippus: De magistratuum minorum constitutione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0005-2

1663.

12. Olpius, Severus Christophorus: De jure monetarum

13. Olpius, Severus Christophorus: De potestate principum circa sacra semper inviolabili

14. Schönefeld, Daniel: De arcanis senatus aristocratici

15. Richter, Christophorus Philippus: De contumacia judiciali

16. Richter, Christophorus Philippus: De obstagio.

17. Richter, Christophorus Philippus: De retinenda possessione

18. Richter, Christophorus Philippus: De actione familiae erciscundae.

19. Schröter, Ernestus Fridericus: De fidelitate. disputatio, continens explicationem tit. IV, V. VI et VII. libr. II. feud. et quaestionum ad eos spectantium succinctam resolutionem.

1663.

20. Schröter, Ernestus Fridericus: De tempore.

21ᵃ ᵘⁿᵈ ᵇ Schröterus, Ernestus Fridericus: Iura ac privilegia funerum. 2 Exempl.

22 ᵃ ᵘⁿᵈ ᵇ Schroeter, Ernestus Fridericus: De novatione in specie sic dicta.

23. Schroeter, Ernestus Fridericus: Pactum successorium inter amitos diversi matrimonii liberos.

24. Schroeterus, Ernestus Fridericus: De renuntiationibus.

25 ᵃ ᵘⁿᵈ ᵇ Schroeterus, Ernestus Fridericus: De testamento.

26. Schroeter, Ernestus Fridericus: De notorio.

27. Struve, Georgius Adamus: De necessaria defensione in specie sic dicta.

28. Struve, Georg Adamus: De muto et surdo.

29ᵃ Struve, Georg Adamus: De poenitentia et voluntatis mutatione.

29 b Struve, Georg. Adamus: De inofficioso testamento et hereditatis petitione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0008-9

20
G. 19. num. 18. 143
219
23
1663, 22 a
P. 46

# DISPUTATIO JURIDICA
De
# NOVATIONE
*IN SPECIE SIC DICTA,*
*Quam*
DIVINA FAVENTE GRATIA
*Magnifico ac Nobiliſſimo JCtorum Ordine in hac Illuſtri*
*SALANA permittente,*
PRÆSIDE
VIRO
*Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo atque Excellentiſſimo*
DN. ERNESTO FRIDERICO
Schrötern / HÆREDITARIO IN Wickerſtädt / JCto ET ANTECESSORE CELEBRATISSIMO, CONSILIARIO SAXONICO MERITISSIMO, FACULTATIS JURIDICÆ, CURIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATUS ASSESSORE GRAVISSIMO,
DOMINO PATRONO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO PLURIMUM COLENDO,
*publicæ ventilationi proponit*
In Auditorio Juriſconſultorum
*ad diem Novembr.*
Anno M. DC. LXIII.
Gottfried Hoffman / VVEISSENFELSA-MISN.

---

*JENÆ,*
Literis JOHANNIS VVERTHERI.

KOENFRIED UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0009-8

QUod JCtus Ulpianus, de reſtitutione in integrum; titulum non egere commendatione, quia ſe ipſe oſtendat, *l. 1. ff. de Reſtit. in integr.* itidem de novationis diſcurſu prædico præſenti. Cum enim ſubtiliter excogitata, §. *6. C. de V. J. E. juncto* §. *ult. ibid.* eaque utilia & quotidiè occurrentia §. 3. *Inſtit. proëm. l. 25. ff. de liber. legat.* tractare debeamus; quid quæſo novatione ſubtilius? imò illius & delegationis materiam totam in ſubtilitatibus juris fundatam dixit *poſt Vincent. Caroc. tr. de excuſſ. bonor. p. 2. q. 54. n. 14. Dn. Johan. Gottfried.* **Freyer.** *tr. de ſolut. c. 8. m. 3. n. 92.* Quid eâ in foro magis obvium? Concurſus, quos vocant creditorum, in curiis Germaniæ frequentes *Dan. Moller. in Comm. ad Conſtit. Saxon. Elect. c. 28. p. 1. n. 1.* & tam familiares inveniuntur quam obſonia in prandiis. *Köppen. q. 56. Hering. de Fidejuſſ. c. 27. num. 33. Ventur. de Valent. in Parthen. litigioſ. libr. 1. c. 13. n. 15.* ſed nihil teſtibus omnibus, qui glorioſæ vocis confiſi munimine de prærogativâ & prælatione ibi contendentium ſpem, laborantium vitam ac poſteros defendunt, & ambigua cauſarum fata dirimunt, *l. 14. C. de Advoc. diverſ. judicior.* in iis exceptione & replicatione novationis frequentius. Non addam in aliis actionum figuris, ut illa jam dicta Novatio indies occurrat, ſed eam, ſpecificè & propriè ſic

nominatam, rectà aggrediar; & quo facilius & felicius progrediar, invoco nominis divini gloriam, unde in difficillimis adjumentum *l. 1. §. 2. C. de V. J. E.* bonum initium, melius medium & optimus deſcendit finis. *gl. & Schneidvv. ad rubr. proëm. Inſtit. ad lit. J. N. D. J. C.* & à te B. L. ſi in hac intricatâ re offendiſſe, aut minus rectè egiſſe, *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſput. 27. th. 5. lit. e.* aut potius radicem rationis, quàm verborum corticem *c. Marcion. 64. cauſ. 1. q. 1.* obſervando, rudis locutor impegiſſe, aut Doctorum doctrinam, quam autoritatem, *Everhard. in loc. top. præamb. n. 29.* ſequendo, à celeberrimorum virorum opinionibus receſſiſſe videar, veniam oro, quam & exorare, ſi æquus Cenſor, illud ut humanum facilè contigiſſe, hoc veritati, quam diſputando ſectamur *Cic. libr. 4. quæſt. Academ.* præjudicium non feciſſe; poſtremum verò, unicuique permiſſum, imo mandatum *Nic. Vigel. in Dialect. jur. rubr. ab authoritate. p. m. 118.* fuiſſe, æquo perpendis animo, nullus dubito. Erit itaque

## CAPUT I.
### De
# ETYMOLOGIA.

1. NOvatio nomen accepit à novo, & novâ obligatione. *l. 1. ff. de Nov. & deleg. ibique VVeſenbec. num. 2. Zæſ. n. 1. Barnab. Briſſon. tr. de ſolut. c. de novat. p. m. 85.*

2. Novum autem in jure noſtro non uno eodemque modo dicitur, ut apparet ex *l. 12. ff. ſi quis caution. in judic. ſiſtend. l. 26. ff. de LL. l. 14. C. de Judiciis. l. 1. ff. de ventr. inſpic. l. un. ff. de condict. ex leg. l. 14. ff. ſi ſervit. vindic. l. 1. §. 11. ff. de nov. oper. nunc. libr. 2. Feud. rubr. de nova*

form.

*form. fidel. & rubr. C. de nov. Cod. fac.* Impræſentiarum ſumitur de eo, quod præexiſtente materia non in aliam materiam *l. 76. ff. de judic. l. 13. in pr. ff. de pign. & hypoth.* ſed formam, quæ dat eſſe rei. *l. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 13. §. 1. ff. de V. S.* vel partialiter vel integraliter, *Gotofred. in gl. ad l. 1. §. 1. lit. f. ff. de nov. oper. nunc. §. 3. Inſt. q. mod. toll. obl.* privativè transfertur. *l. 1. ff. h. t. & d. §. 3. Inſt. q. m. t. o.* 3.

Verba hæc; & novâ obligatione: ex alluſione adjiciuntur & per ea notabiliter vis vocis exprimitur: *Gotofred. ad d. l. 1. ff. h. t. lit. x.* quod non infrequens accidit §. 1. *I. de teſtam.* §. 2. *I. de tutel. l. 1. ff. de adquir. vel omitt. poſſ.* & fieri par eſt niſi definitio rei reclamet. *Everhard. in loc. top. loc. ab etymol. 4. n. 2.* 4.

Novatio latius ſumpta; impropriam comprehendit ſeu neceſſariam *l. 29. ff. h. t. Magnif. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. exercit. 47. theſ. 55.* quæ fit per litis conteſtationem vel alios modos, & vocatur à DD. cumulativa. *Heinrich Hahn in obſ. ad VVeſenb. ff. hic n. 3.* Strictius verò ſignificat ſolùm propriam novationem *l. 11. §. 1. l. 18. l. 29. ff. h. t. Dn. Struv. d. l.* quam ut diviſionem generis & ſpeciei plurimi tradunt. *Schnobel. in diſp. 24. ad ff. th. 7. lit. h. Vinnius in com. ad Inſtit. d. §. 3. q. m. t. o.* Verius tamen eſt, quod ſit æquivoci in ſua æquivocata *Hahn c. l. n. 3.* 5.

Præterea & notandum, hanc voculam novationis inter eas referri, quæ mox genericè, mox ſpecificè accipiuntur, ut adoptio *pr. I. de Adopt.* & injuria. *pr. Inſt. de injur.* Genericè accepta: denotat & delegationem; ſpecificè; eam quæ absque interventu novæ perſonæ committitur. *c. 3. n. 1.* 6.

CAPUT II.

De

# DEFINITIONE.

1. DEfinitionem nominalem excipit realis, quam con-
ſtituo talem; Novatio eſt prioris debiti in aliam
obligationem vel civilem vel naturalem *Hilliger in Do-
nell. enucl. lib. 16. c.20. lit. a. Perez. in C. h.t. de Nov. n.1.*
ſtipulatò *l.2. verſ. & tranſire in verborum obligationem.
l.5. l. 6. l.7. l.14. 22. & 24. ff. h.t. Vinnius & Ludvvel. in
comm. ad Inſt. d. §.3. q.m.t.o. Magn. Dn. Struv. exer. 47.
th.57. Bachov. ad Treutl. vol. 2. diſp. 29. th.5. lit. a. Schno-
bel. c.l.* inter eosdem creditores & debitores *arg. à contr.
l.11. ff. h.t.* transfuſio. *l. 1. ff. h.t. & d. §.3. Inſt. Gædd. de
contr. ſtip. c.5. concl. 6. per tot.* Quam definitionem pau-
cis hîc, & uberius in ſubſequentibus explanabo; Dici-
tur PRIORIS DEBITI; cum absque illo committi neque-
at *l. 14. ff. h.t.* & intelligitur civile & naturale *infr. c.5.*
2. *de objecto. n.3.* IN ALIAM VEL CIVILEM VEL NATURA-
LEM OBLIGATIONEM; cum parum interſit, an noviſſi-
3. ma vel civiliter vel naturaliter teneat. *l.1. ff. & §.3. Inſt.*
4. *d.t.* STIPULATO; pacto enim id quod nobis ex una cau-
ſa debetur, non convertitur in aliam. *l. 34. ff. mandat. l.
6. C. ſi cert. pet.* quamvis moribus aliud hodie receptum
ſit. *Treutler. vol. 2. diſp. 29. th.5. l. a. Althuſ. l. 1. Juriſpr.*
5. *Rom. c.59. Hahn. d.l. n.9. VVieſenbach. in exerc. ad LL.
ff. 28. th. 2. Magnif. Dn. Strauch. in diſſ. ad Jus Juſtinian.
17. §.6.* INTER EOSDEM CREDITORES ET DEBITORES:
quo ipſo differt ſpecifica hæc à delegatione. *Harprecht.
ad d. §.3. Inſt. q.m.t.o. nu. 17. Magnif. Dn. Carpzov. in
Reſp. Elector. l.5. T.9. R.105. n.26.* quæ non niſi interven-
tu novæ perſonæ contingit. *l. 11. ff. h.t. Briſſon. d.t. de
ſolut.*

*ſolut. c. de delegation. in princ.* TRANSFUSIO, non confuſio, quæ duas ſpecies miſcet & in unam quaſi maſſam redigit, *arg. l. 95. §. 2. ff. de ſolut. Gædd. d. c. 5. concl. 7. n. 69.* hîc ſiquidem tantum ſpecies transfertur, ut in aliam ſpeciei formam transponatur *Gædd. d. t.* & differt à translatione, quæ ſolum inter extraneos committitur, *gl. ad l. 1. ff. h. t. lit. I.* 7.

## CAPUT III.
### De
# DIVISIONE.

DEfinitionem ſequitur diviſio. Dividitur novatio in ſpecificam & generalem. *Juſt. Meyer in Colleg. Argentoratenſ. libr. 42. T. 2. in princ.* Generalis continet delegationem, & ſpecificam, quæ absque interventu novæ perſonæ celebratur, *cap. præc.* 1. *n. 6.* De qua poſteriori & propria præſens inſtituta eſt diſſertatio. 1.

Subdividitur ratione cauſæ efficientis; in naturalem & civilem. *l. 1. ff. hîc.* naturalis eſt; quam pupillus absque autoritate tutoris vel ante obligatus, vel denuo interveniens ſuſcipit. *Magnif. Dn. Strauch. d. l. §. 6.* quæ utraque explicatio recta eſt, quamvis ſecunda magis §. 3. *Inſt. q. m. t. o. & d. l. 1.* conveniat *Bachov. ad Treutler. d. 29. V. 6. lit. C* civilis; quam init majorennis *l. 20. ff. h. t.* 2.

Ratione cauſæ formalis; in voluntariam & neceſſariam *l. 29. ff. h. t.* Voluntariam nominant, quæ ſtipulatione; neceſſariam quæ litis conteſtatione & ſententia contrahitur: Perez. *ad C. h. t. n.* 2. *Schneidevv. ad d. §. 3. Inſt. q. m. t. o. Bocer. claſſ. 4. D. 19. n. 96. Dn. Strauch. differt.* 17. §. 7. Quam diviſionem alia ex cauſa Hortenſ. *ad d. l. 29. ff. hîc*, aliâ, Zœſ. *ad h. t. ff. n. 6.* impugnat, Vultejus tamen *d. l. Juriſpr. Rom. 56. & in not. ad Inſt. d.* 3.

§. 3.

§.3. *nu.7.* & ante eum Briſſon. *all. tr. de ſolut. c. de Nov.* & alii magni nominis JCti penitus rejiciunt, contra quos ejus tutelam graviter ſuſcipiunt Gædd. *de contr. ſtipul. cap.5. concl. 8. per tot.* Wieſenbach. *in d. exercit. 28. n.3.* Nihilominus rejicientium opinionem prævalere, & hanc diſtinctionem potius eſſe æquivoci in æquivocata *cum Hahnio ad VVeſenb. c. l.* & ſaltem in forma, non in eſſentiâ per litis conteſtationem & ſententiam antecedentem contractum novari duco *cum Obrechto. in tr. de litis conteſt. c. 10. n.18. 23. & 24. Anton. Hering. tr. de Fidejuſſ. c. 20. §. 3. n. 15.*

4. Diſtributio, in novationem ſimplicem; quæ manentibus iisdem perſonis mutata forma obligationis: & mixtam; quæ mutatis perſonis, manente obligatione, vel utriſque mutatis evenit, tradita à Hermannno Vultejo *d. c. 56. Juriſpr. Rom.* diviſio ſpecierum eſt.

## CAPUT IV.

## De

# SUBJECTO.

1. HAbita ratione priori verborum, potior erit habenda perſonarum ad hunc actum habilium. *arg. l. 9. C. de his qui accuſ. non poſſ. §. fin. I. de J. N. G. & C.* & per ea quæ tradit *Sebaſt. Vantius de nullit. proc. Tit. quib. mod. ſentent. nulla defend. poſſ. n.3.*

2. Habiles itaque ſunt & novare poſſunt omnes, qui ſunt ſui juris. *l. 20. ff. hîc.* & quibus rectè ſolvitur. *l. 10. ff. h. t. Dn. Struv. cit. exerc. th. 58. Zœſ. ad h. t. ff. n. 5. Bocer. claſſ. 4. D. 19. n. 99.* nimirum ex jure proprio, non nudo miniſterio, *Oſvvald Hillig. ad Donell. enucl. l. 16. c. 20. l. 1.* vel per ſe vel per alios. *d. l. 20. ff. h. t.*

3. Excipitur ergo pupillus, niſi meliorem conditionem

nem ſuam faciat. *d. l. 20. Hahn ad VVeſenb. h. l. num. 4.* quod verum eſt ratione ſuiipſius, ſecus quoad præjudicium tertii. *Ludvvel. in com. ad Inſt. d. §. n. 1.* vel major factus ratihabeat. *l. 9. ff. h. t.*

Excipiuntur & prodigi; non ethicè ſed juridicè 4.
ſic dicti, & qui illis æquiparantur. *l. 3. ff. h. t. Perez. in C. h. t. n. 4. Hahn. d. l. n. 4. Dn. Struv. d. exer. 47. th. 58. Vinn. ad § 3. Inſt. h. t.*

Servi: *l. 16. ff. h. t.* & quidem non ſaltem quod 5.
dominio alieno ſubjecti: *l. 4. ff. de ſtat. homin.* ſed & quia juris communionem non habeant. *l. 20. §. 7. ff. qui teſt. fac. poſſ. Ludvv. d. l. n. 2.* & perſonam non ſuſtineant. *l. 3. ff. Ne quis eum qui in jus.* Novatio autem ſit inventum juris civilis. *Gotofr. in gl. margin. ad l. 1. ff. h. t. lit. p.* & neceſſariò requirat perſonam, in quam transgrediatur. *l. 14. ff. h. t. Hillig. in Donell. enucl. d. l. lit. i.* Quod 6.
in tantum procedit, ut, quamvis alias naturaliter obligentur, hîc autoritate juris pro non obligatis habeãtur. *d. §. 3. Inſt. q. m. t. o. ibiq. Vinnius n. 5. Schneidevv. nu. 6. Dn. Strauch. d. diſſert. 17. §. 6.*

Obligantur tamen ratione peculii, ſi ejus nomine 7.
novationem fecerũt, & liberam adminiſtrationẽ nacti fuerunt. *Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 29. th. 5. lit. d.* niſi ea pactum de non petendo vel donationem contineat. *Gotofred. ad l. 27. lit. i. ff. de pact.* quæ ſub liberâ adminiſtratione non continetur *l. 7. ff. de donat. Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent. 5. caſ. 432. n. 29.* ut perditio. *l. 3. ff. ad SCtum Maced.*

Singulari dotium favore *Briſſon. d. tr. c. de Nov.* 8.
arcetur à factione novationis paſſivâ mulier, ne decepta egenum reum habeat. *l. 22. ff. ſolut. matrim.*

Cæterum *præd. reg.* quibus rectè ſolvitur *&c.* non 9.



ſem-

ſemper obtinet, ſed ſæpius per oppoſitam. *n*. 2. limitationem reſtringitur: *l. 10. l. 25. ff. h. t. l. 27. ff. de pact.* & fallit in adjecto *l. 59. ff. de ſolut. l. 56. ff. de V. O. Dn. Struv. d. exerc. 47. th. 58.* & in eo, cui delegatus eſt debitor *l. 21. ff. hîc.* & in ſervo quoad peculium. *l. 19. ff. de ſolut.* cùm illud huic nec comprehenſivè nec illativè inſit, nec à ſpecie ad ſpeciem validè argumentetur. *arg. l. 4. C. h. t.*

10. At quid de duobus inſolidum conſtitutis correis credendi, an alter altero invito formam præeuntis legalis placiti evertere & in aliam transferre poterit, dicendum? In illam incidit hæc quæſtio, an correus correo nocere poſſit, quam ſubtiles & varias continentem conſiderationes Practic. Ferrarienſ. *t. 39. in form. libell. contr. plures reos. gl. 6. nu. 7.* & ſpinoſam atque intricatam vocat Heigius *p. 1. obſ. 37. n. 1.* Sed cum textus *in l. 27. ff. d. pact.* negans, *in l. 31. ff. h. t. de Nov.* affirmans adſtet, non expedita deciſio, & potius ex illis videre eſt, non modernorum, ſed & Proculi, Labeonis, Neratii, Attilicini & Venulei, qui hac de causâ anxiè ſuam opinionem variis adductis argumentis ſtabilire laborat *in d. l. 31.* hâc in re controverſiam fuiſſe, notante Cujacio *lib. 22. obſ. 6.* Varii varias ſuggerunt reconciliationes, quas collegit Gædd. *tr. de contr. ſtipul. c. 12. concl. 2.* aliam affert Pacius *cent. 7. reconcil. ad T. de Nov. q. 41.* Locamer. *in q. Juſtin. q. 293.* Cujac. *ad l. 27. ff. de pact.* quam poſtea ipſe corrigit *d. obſerv. 6. lib. 22.* Heig. *d. l. n. 14.* Practica Ferrarienſ. *c. l.* magis violentam Ronchegallus *ad l. 3. ff. de duob. reis.* aliam Robert. *lib. 1. ſentent. recept. 25. in d. l. 27. ff. de pact.* aliam Faber. *l. 11. conject. c. 9. & 16.* Bocer. *d. l. n. 99.* Magnif. Dn. Strauch. *in d. diſſ. 17. §. 7.* Gædd. *d. l.* & Briſſon. *d. tr.* quas omnes examinat & explodit Bachov. *ad Treutl. d. 29. vol. 2. th. 6. lit. d.*

&

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0018-4

& Wieſſenbach. *in exercit. ad L. ff. 28. th. 10.* adeò ut difficillimum ſit judicare, quæ magis rem attigerit, & ſi certè ullibi, hîc cum arbitro, nobis non liquere. *l. 13.* §. *3. ff. de recept. arbitr.* aut cum Baldo in explicatione & reconciliatione legis cujusdam diu hærente; ſolvat Apollo! *prout eum refert. Mynſing. cent. 3. obſ. 23. n. 5.* aut cum Coſtalio; hanc controverſiam non benè niſi ineptè tolli poſſe, *in d. l.* 27. dicendum; in conflictu tamen quæ potius defendi poterit, videndum fuerit.

Alieno nomine regulariter nemo, niſi lege vel 11.
homine permittente, novat, uſque adeò, ut nec filiusfamilias licet ſolutionis gratiâ adjectus. *l. 56.* §. 2. *ff. de ſolut.* patris debita validè mutet. *l. 8. ff. h. t.* nec procura- 12
tor, niſi ſpeciale præceſſerit mandatum. *l.* 4. *C. h. t. & Perez. ibid. n. 4.* vel expreſſa inſecuta ſit ratihabitio. *l. 9.*
*l. 22. ff. h. t.* Curator autem omnium bonorum *l. 20.* 13
*ff. h. t. l. 58. ibique Gotofred. lit. g. ff. de procurat.* ſi bonâ fide & non diminuendi gratiâ *l. 60.* §. *4. ff. mandati.* ut & tutor *l. 20. ff. h. t.* & agnatus furioſi faciant *l. 34.* §. *1. ff. h. t.* novare poſſunt. *Zæſ. ibid. n. 5.*

Quæ præcedentia notabiliter fallunt in obligatio- 14
nibus paſſivis: illæ etenim à Curatore, vel tutore, vel penitus extraneo quoad liberationem benè nobis invitis & inſciis in novationem deducuntur. *l. 13.* §. *10. ff. de Acceptil.* & ceu ſolutione tolluntur *l. 23. ff. de ſolut.* nec obſtat *l. 69. ff. de R. J.* nihil enim invito acquiritur principaliter, ſed per conſequentiā. *Donell. l. 12. c. 16. ibiq. Hilliger lit. d. Bachov. ad Treutler. vol. 2. D. 29. th. 3. lit. b.*

Sed quid an, abſque prævio decreto Judicis, facul- 15
tas nomina maximi ponderis tutori novandi conceſſa erit? *neg.* Cum in delegatione hoc requiratur, *Octav. Simoncell. tr. de decret. cæterisq. ſolennitat. in præf. n.* 120.

16 *p.m. 60. & per l. 22. C. de Adminiſtr. tutor.* Et num obtinebit novatio, ſi pupillus, ut ſupra dictum eſt, *n. 3. h. c.* conditionem non faciat deteriorem, ſed nec meliorem, *e. g.* ſi à locuplete & æquè ſolvendo facili ſtipuletur, quod locuples & ſolvendo facilis debeat: *affirm. cum gl. ad l. 3. ff. h. t. per l. 47. ff. de ſolut.*

## CAPUT V.
## De
# OBJECTO.

ET hæc de ſubjecto ſeu perſonis novantibus. Jam materiam ſeu objectum circa quod verſatur novatio
1 perſpiciamus. Novari poteſt omnis res & obligatio *l. 2. ff. hîc, & Zœſ. ibid. n. 5. Bocer. claſſ. 4. D. 19. nu. 100.*
2 *Vinnius d. §. 3. I. q. m. t. o.* ſive verè ſive fictione juris exiſtat *l. 31. ff. h. t.* per moram in re debitâ *l. 72. §. 3. ff. de ſolut. l. fin. C. de condict. ob turp. cauſ. l. 23. ff. de uſur. &*
3 *fruct. VVieſenbach. in exerc. ad LL. ff. Diſp. 28. th. 6.* ſive obligatio ſit naturalis, *Magnif. Dn. Struv. d. exercit. 47. th. 59. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 29. th. 5. lit. c.* ſive civilis *d. §. 3. Inſt.* Sive genericè civilis, ſive ſpecificè & prætoria ſeu honoraria, ab honore propter autorem
4 *§. 7. I. de J. N. G. & C.* ſic dicta. Nec intereſt utrum verbis, an re, an conſenſu *d. l. 2. ff. h. t.* an delicto ſit
5 contracta *l. 27. ff. de pact. Dn. Struv. d. l. th. 59.* (Realis
6 tamen per ſtipulationem Aquilianam mutatur præviam *l. 17. ff. de Acceptil. l. 2. & 3. eod. l. 4. ff. de transact. &*
7 *§. 2. Inſt. q. m. t. o.*) nec intereſt porro, an principalis, an acceſſoria *Gædd. de contr. ſtipul. c. 5. concl. 6. per tot.*
8 an vulgaris, an privilegiaria præceſſerit. *d. l.* Sic enim dos *l. 29. ff. h. t. l. 22. §. 2. ff. ſolut. matrim.* actio tutelæ *l. 29. ff. h. t.* funebres impenſæ *l. 17. ff. de reb. autor. judic.*

*dic. poſſ.* legata & fideicommiſſa *l. 8. §. 1. ff. h. t. & l. 40.* 11
*ff. de minor.* res judicata *l. 17. ff. de donat. l. 4. §. 4. ff. de* 12
*re judic. l. 32. C. de tranſact. l. 2. C. de execut. rei jud. Par-*
*lador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 12. limit. 6. & 7. in princ.*
animo novandi in aliam tranſeunt obligationem. Nec
itidem refert, an actu, an potentiâ præſens *l. 5. l. 8. §. 2.* 13
*l. 24. ff. h. t. Zœſ. ibid. n. 4. Perez. in C. h. t. n. 3. Bachov.*
*ad Treutler. D. 29. vol. 2. th. 5. lit. c.* Simplex an alterna- 14
tiva *l. 28. ff. h. t. l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* vel disjuncta 15
*l. 26. & 32. ff. hîc.* Singularis vel cum alia conjuncta, 16
immutanda veniat *l. 34. §. 2. ff. h. t. Magnif. Dn. Struv. d.*
*exerc. 47. th 59.* In potentiâ præſenti, ſeu conditiona-
tè; vel in diem incertum conceptâ, quæ illi aſſimila-
tur *l. 1. ff. de condit. & demonſtr.* ſciendum tamen il- 17
lam non prius, niſi commiſſam *d. l. 5. ff. h. t. Magn. Dn.*
*Struv. d. l.* commiſſam vero novari eo ipſo momento
*l. 8. §. 2. ff. h. t.* & tunc conjungi horam conventionis
cum hora conditionis *Gædd. de contr. ſtip. c. 5. c. 6. n. 37.*
In diem verò certum conceptam ſtatim mutari *l. 9. ff.* 18
*ut legator. ſeu fideic. ſervand. l. 213. ff. de S. V.* quamvis 19
ante diem ex eâ agi non poſſit vel perperam agatur *l.*
*un. ff. quand. dies uſusfr. l. 3. §. 6. de eo quod certo loc.*

## CAPUT VI.

*De*

# CAUSA EFFICIENTE

## ET IMPULSIVA.

CAuſa novationis eſt vel propinqua vel remota: Re- 1
mota eſt jus, & quidem ſi conſenſum, ſine quo nul-
lus contractus, nulla conventio, *l. 1. §. 1. ff. de pact.* nul-
lus diſtractus, nulla liberatio contingit *l. 11. l. 35. ff. d. R.*
*J. §. 4. I. q. m. t. o.* naturale: Si ſolennia ſpectas, civile, 2

quo reſpectu & dicitur inventum juris civilis *Gotofred.*
*ad l.1.ff.h.t.lit.p.*
3 Cauſa propinqua eſt animus hominis. §.3. *I.q.m.*
*t.o.l.8.l.22.l.23.31.& 32.ff.& l.fin.C.h.t. Arnold.Vinn.*
4 *d.*§.*3.n.1.* & ſi hic abeſt tunc potius nova obligatio lo-
co incrementi accedit. *JCtus Argentoratenſ. Anonymus*
*in reſolut. Dialect. Inſt. Juſtin. ad d.t.q.m.t.o.n.*3. & il-
la anteriorem declarat *Carpz. ad C.33.p.2.def.17.* & di-
citur adjectio *l.71.ff.pro ſocio. l.28.l.8.§.3.l.6.§.1.l.7.*
*ff.h.t.* per quas ultimas leges deciditur illa pulchra
5 quæſtio juris antiqui: Pone; quod actor dicat in li-
bello, numeravi Titio centum, quæ reſtituere ſtipula-
tus eſt, quare peto ipſum ex prædictis cauſis condemna-
ri &c. Ubi proponuntur duæ actiones ad idem, con-
dictio certi & actio ex ſtipulatu, quarum non admitti-
tur concurſus ratione intentionis, & ſimilis ferè extat
6 caſus *in l.28.ff.de action. empt.* quæritur igitur, an va-
leat libellus? & reſpondet Cynus quod non: & qui-
dem rectè, niſi in continenti ſtipulatio adjecta fuit nu-
meratum *p.d.l.* Secus hodiè ubi alterutrâ actori expe-
riri datur. *Practic. Ferrarienſ. in form. libelli ad hypothec.*
*t.43.gl.4.n.6.* Et hæc de efficienti.
7 Impulſiva cauſa iterum ſe offert duplex: Utilitas
ab altero tacitè vel expreſsè approbata, eademque
vel unilatera creditoris, aut debitoris; aut bilatera, cre-
8 ditoris & debitoris ſimul: vel neceſſitas; eaque vel le-
9 gis ſeu conſequentiæ, vel facti ſeu contingentiæ. U-
tilitas novationem conficiendi ſuadet, cùm conducit,
ut pecunia nobis debita non ab ipſo debitore, ſed in-
termedio alio in loco reſtituatur: *Dn. Carpzov. ad C.*
10 *26.p.2.def.23.n.1.* E.g. Si Titius debitor meus in cen-
tum, dat mihi literas ad banchum de Pinellis, & ego li-

bero

bero Titium in forma cauta *Robert. Marant. in ſpec. aur.*
*part.6. Tit. de teſt. product. n. 49.* quo caſu obligatio &
pecunia campſatur, *i. e.* mutatur : *Strach. de mercat. p.1.* 11
*n. 67.* & novatio, præſertim cum reus dicat, do tibi ar- 12
gentarium pro me, perficitur, *Bertazol. tr. de clauſul.*
*inſtrument. cl. 33. gl. 10. num 3.* vel ſi creditor ſit in terra 13
hoſtili, debitor autem in pacata, & commodo cre-
ditori pecuniam ſuam potius non accipere: Vel ſi Lu- 14
cii Creditoris mei, creditor Sempronius, ſit meus debi-
tor, quo caſu, ſi Lucius me delegat Sempronio, vel ego
delego Sempronium Lucio, omnibus utile eſt, magis
noſtrum non ſolvere, quam ſolvere & repetere *l. 3. ff.*
*de compenſat.* Altera cauſa eſt neceſſitas eaque vel le- 15
gis vel facti, non vero illa quam communis Dd. Scho-
la in litis conteſtatione & ſententia naſci conſtituit
*præc. c. 3. n. 3.*

Hæc neceſſitas legis eſt, quâ adſtringimur ad inter- 16
medium propter finem. *arg. l. 77. cum gl. Gotofred. ff. de*
*adquir. vel omitt. hæred.* & exemplificatur *in l. 13. §. 10.*
*ff. de Acceptil. l. 57. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* Vel
eſt facti, non quidem abſoluta & merè compulſiva, op- 17
poſita liberæ voluntati §. 1. *I. de hæred. qualit.* cùm ne-
mo cogatur aliud pro alio invitus accipere *l. 2. §. 1. ff.*
*de reb. cred. Socin. de fallent. regul. reg. 404.* Sed ea, quæ
eſt cum humanitate benigna & cum benignitate hu- 18
mana, & minus volentibus, minus tamen & nolentibus
ſe offert. *arg. l. 6. §. ult. ff. de offic. præſid.* veluti cum
difficulter (quod vulgo frequensque hodie accidit, quo
eò res rediit, ut ſi quis quid reddat magna habenda ei 19
ſit gratia. *Moller. ad Conſt. Elect. Saxon. 19. p. 2. n. 9.*) ſo-
lutio exigitur integralis, creditor ab obligatione rece-
dit, & accipit particularem, quod præprimis penes de-

bito-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0023-2

20 obitorem belli calamitate, aut novercantis fortunæ rabie depauperatum fieri poſtulat *Receß. Imperii de Ann. 1654.* §. Falls aber. *Manz. p. 2. conflict. prim. q. 4. per tot. Mevius in diſcurſ. levam. inop. debit. c. 4. ſect. 9. n. 7.* quo
21 paſſu & facilius aſſenſum præbebit, ſi induciis pendentibus, ratione reſiduæ ſortis aſſecuratio & uſuræ præſtantur *Dn. Carpzov. in Aſyl. creditor. cap. 4. poſ. 65. nu. 112.* vel ſi res ſolvenda non extet, & reus animo novan-
22 di æſtimationem promittat, quo caſu neceſſitati potius parendum, & ſtultum eſt exigere, quod fieri negat natura. *Zanger. tr. de except. p. 3. c. 1. n. 141. Dn. Freier. d. tr. de ſolut. c. 4. n. 7.*

## CAPUT VII.
### *De*
# FORMA.

1 HIs præmiſſis, formam inteamur, quæ vel eſſentia-
2 lis vel accidentalis datur. Eſſentialis conſiſtit in declaranda diſtrahentium mente, per verba (jure Juſtinianeo, ſolennia ſeu ſtipulationem continentia; hodierno, qualia qualia, *præc. c. 3. n. 5.*) vel facti evidentiam, quæ ſi non obſervatur, novatio nulla eſt *l. 2. l. 8. §. 1. l. 28. ff. h. t. l. 4. §. 4. ff. de re jud. l. 58. ff. d. V. O. l. fin. C. h. t.*
4 De jure Pandectarum declarata cenſebatur voluntas vel tacitè *diſſent. Charond. ad l. 58. ff. d. V. O.* vel expreſsè. *Magnif. Dn. Struv. d. exerc. 47. th. 57. Zæſ. ff. h. t. n. 11. Hilliger. in Donell. enucl. d. l.* tacitè: cum præceden-
5 ti obligationi perſona nova adjiciebatur, quæ quaſi regula vulgaris erat. *Gædd. cit. loc. c. 5. concl. 8. n. 97.* & alios modos enarrat *Hahn ad VVeſenb. in h. t. n. 2. & Cujac. l. 19. obſ. 36.* modò expreſsè contrarium non fiebat. *l. 17. ff. d. reb. aut jud. poſſ. §. 3. Inſtitut. q. m. t. o. ibique*

Schneid.

*Schneidvv. n. 10. & 11. Harprecht. nu. 37. Sichard. ad l. ult.*
*C. h. t. n. 1. Dn. Chriſtian. Lenz tr. de nom. & action. ceſſ.*
*membr. 3. c. 4. n. 4. & 5.* Expreſsè: ſi adjiciebatur ſpe- 6
cialiter quod animo novandi interpoſita eſſet ſtipula-
tio *d. l. 58. l. 29. & 31. ff. h. t. Ludvvell. in exercit. ad Inſt.*
*diſp. 24. th. 7. lit. h.* & plures caſus, in quibus veteri jure
talis aſſertio neceſſaria erat recenſet *Anton. Faber. lib. 3.*
*conject. c. 3. per tot.*

Cujacius tamen *ad l. 31. ff. h. t.* & Hermann Vultejus 7
*in comm. ad I. d.* §. 3. *ibique* Borchold. *n. 10.* Zœſ. *ad h. t.*
*ff. n. 11.* Hortenſ. *ad l. 2. h. t.* Perez. *in comm. C. h. t. nu. 6.*
& Barnabas Briſſonius *d. tr. de ſolut. d. l.* ea verba; *ſi id*
*ſpecialiter*, non Venulei, ſed ex Conſtitutione Juſtinia-
neâ à Triboniano, quem Briſſonius ejusmodi flagitia
innumera admiſiſſe dicit in libris noſtris, translata exi-
ſtimant, à quibus recedunt Tribonianique honori par- 8
cendum, & locum conjecturæ non eſſe relictum affir-
mant Treutler. *in diſp. 29. vol. 2. th. 5. lit. f.* Hilliger *in Do-*
*nell. enucl. d. lib. 16. c. 20. l. q.*

Sed cùm variæ de ſtipulantium & contrahentium 9
animo inciderent dubitationes, & interdum conven-
tio anterior ſuperveniente alterâ tolleretur *l. 72. ff. de*
*contr. empt. l. 10. ff. de Prætor. ſtipul. Hartman Piſtor. ob-*
*ſerv.* 221. interdum remaneret & accedens adjiceretur
*l. 1. §. fin. ff. de ſtipul. ſervor. l. 17. ff. de reb. autor. jud. poſſ.*
*l. 44. §. fin. ff. de Obl. & Act.* vel in alteram retentis prio-
ribus qualitatibus tranſiret *l. 46. ff. de V. O.* & ita ple- 10
rumque in obſcuro poſitum eſſet, quid actum fuiſſet.
*Herm. Vult. d. c. 56. Jurispr. Rom.* Juſtinianus no-
vationum nocentia correxit volumina, & veteris
juris ambiguitates reſecans ſanxit, non aliter fieri 11
novationem, quàm ſi contrahentes ſpecialiter remiſe-

rint priorem obligationem, & hoc expreſſerint, quod
ſecundam magis præ anteriori elegerint. *l. ult. C. h. t.* §.
3. *Inſt. q. m. t. o. Colleg. Argentoratenſ. l. 42. t. 2. n. 11. Lenz.*
*d. tr. m. 3. c. 4. n. 24. Brunnem. ad C. h. t. circa fin.* Quæ
12 ſanctio tamen in Curiis Galliæ, *Tulden ad* §. 3. *Inſtitut.*
*q. m. t. o.* Hollandiæ, *Vinn. in n. ad d.* §. *1.* & Britanniæ,
*VVieſenbach. in exercit. 28. theſ. 3. cit. l.* non attenditur;
Sed cum jura illa localia parum ad nos, hinc *poſthabita*
13 *etiam Gotofredi in not. margin. Carpzovii in Reſponſ. Ele-*
*ctor. l. 5. t. 9. Reſp. 105. n. 9. & aliorum ſequacium inverſio-*
*ne textus d. l. ult. C. h. t.* rectè concludendum erit: Nun-
quam hodiè ex conjecturis novationem colligi, ſed
contrahentium expreſſam declarationem deſiderari.
*Parlador. libr. 2. rer. quotid. c. fin.* §. 12. *lim. 6. n. 46. Gædd.*
*d. tr. c. 5. c. 9. n. 103. Fachin. 3. contr. 91. Hillig. in Donell. l.*
*16. c. 20. n. 20. Bocer. cl. 4. d. 19. n. 101. Perez. in C. h. t. n. 7.*
*Dn. Struv. d. exercit. 47. th. 57.* Alioquin valere nova-
tionem, ne quidem in vim exceptionis. *Schneidvv. d.*
§. 3. *I. ibique Ludvvell. in exercit. th. 7. lit. S. Fachin. l. 3.*
*contr. 91.* & hanc ſententiam tenent *Imola, Paulus de Ca-*
14 *ſtro Raphael Cumanus.* & communem Jaſon (*it. Schnei-*
*devv. d. l.*) *teſte Anton. Gabriel. comm. opin. t. de Novat.*
*concl. 1. n. 56. Parlador. cit. loc. n. 45.* & eam Facultatem
Juridicam Marpurgenſem ſecutam dicit *Gædd. d. l. VVie-*
*ſenbach cit. exercit. 28. theſ.* 3. & noviſſimè amplectun-
tur *Dn. Carpzov. c. Reſp. Lenz. d. tr. nu. 26. Hahn ad VVe-*
*ſenbec. h. t. n. 6. Dn. Strauch. alleg. diſſert. 17. n. 7.* Dis-
15 ſentiunt Bartol. & Angel. *l. 2. ff. h. t.* Socinus, qui con-
trariam moribus receptam aſſerit, & Mattheſilanus,
*allegati à Parlador. cit. l. n. 44. Bachov. ad Treutler. d. d.*
*29. th. 5. lit. f.* & de approbatione multarum civitatum
& locorum teſtimonium affert *Vinn. d. § 3. Inſt. h. t. n. 7.*
Alia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0026-9

Alia eſt opinio eorum, qui affirmare audent hodiernâ die equidem per conjecturas novationem non induci, ſe hoc non procedere in luculentiſſimis & manifeſtis: *Arumæus 2. deciſ. 3. n. 21.* Ubi ſic in Camera definitum eſſe, ait, *Schæfer. 1. q. 13. n. 21. Giphan. ad l. ult. C. h. t. Colleg. Argentoratenſ. c. l. n. 11.* Sed benè hanc li- 16
mitationem reſpuit, & contrariam ſententiam Imperialem eſſe tradit Parlador. *c. l. n. 46.* & conceſſo, quod tunc novatio obtineat; non tamen hoc conjecturis aſſcribendum, ſed potius evidentiæ & veritati facti: 17
Cum neque certam verborum formulam Juſtiniano 18
mens fuit præſcribere, legemque verbis, ſed potius rebus ponere: & ſi conjecturæ & præſumtiones ex veriſimili: *VVeſenbec. in ff. de præſ. & prob. nu. 1.* colliguntur, & in rebus certis & definitis nullum ſibi vendicant locum, *l. 137. §. 2. ff. de V. O.* quomodo talis novatio à 19
contrahentibus expreſsè præſumtivè facta dicatur? *Parlador. d. l.*

Quam regulam, de expreſſione voluntatis in cele- 20
brandâ novatione apertâ, & in delegationibus obſervandam puto *cum Parlador. cit. l. ubi & ſic Lege Regia Hiſpan. conſtitutum; autor eſt. nu. 49. & 50. Bertazol. tr. clauſul. cl. 53. gl. 8. p. m. 916. Dn. Carpzov. ad C. 19. p. 2. defin. 16. n. 9. & 10. & in Reſp. Elector. Reſp. 105. libr. 5. t. 9. Brunnem. in C. h. t. in fin. ibique Sichard. & cum Magnif. Dn. Struv. cit. exerc. 47. th. 63.* quorum & opinionem confirmavit in ſuo territorio Sereniſſim. Elector Saxoniæ *deciſ. novell. Saxon. 64. promulg. Anno 1661.* cui in hac ambiguæ & effatu, Pauli de Caſtro *in l. 11. ff. h. t.* Cæſareâ indigentis quæſtionis deciſione præ cæteris 21
contradicentibus, velut Mariæ veraci plus quàm Judæorum turbæ mendaci, credendum & fidendum di-

 xerim

xerim & duxerim *cum Virgil. Pingizero, q. Saxon. 41. n. 19. & 23. Reinhard. Roſâ in Conſtit. Saxon. 7. p. 2. num. 1. lit. d.*

22 In diverſam abeunt, Ludvvell. *c. l. diſp. 24. theſ. 7. lit. i. & d.* §. 3. Vinn. *n. 7.* Zœſ. *ad h. t. n. 16.* Perez. *in C. h. t. n.* 12. Bachov. *ad Treutler. d. v. 2. d. 29. theſ. 6. lit. a.* Hahn *ad VVeſenb. ff. h. t. n. 8.* Gail. *lib. 2. obſ. 30. n. 7.* Moller. *ad Conſt. Saxon. 19. p. 2. n. 1.*

23 Et omitti nequit hæc declaratio animi à novantibus in pœnali ſtipulatione: mirificè diſtant inter ſe Dd. in decidendo hoc dubio, an nimirum per adjectionem pœnæ abſque expreſſione mutetur obligatio, & tredecim ſeparatæ numerantur de eo ſententiæ, B.
24 Frantzk. *in exercit. 11. q. 9.* Simpliciter negantium turmæ ſocium ſe aſſcribit Fachinæus *l. 3. contr. 93.* Ludvvell. *in d. exerc. ad Inſt. th. 7. lit. h.* Zœſ. *ad ff. h. l. n. 12.* Gædd. *d. tr. c. 5. concl. 7. n. 57.* Dn. Strauch. *diſp. 17.* §. *7.*
25 Briſſonius verò diſtinctionem adhibet, ſi res ipſa in ſtipulationem, & ſi non, venerit. *d. tr. de ſolut. c. de Nov.* Zaſius *l. 1. intell. ſingul. c. 4.* Frantzk. *d. l.* inter obligationem dandi & faciendi diſtinguunt *per l. 44.* §. *fin. ff. de oblig. & act.* in obligationibus dandi per claros textus *l. 115.* §. *fin. ff. de V. O. l.* 4. §. *7. ff. de doli mali except. l. 41. l. 71. ff. pro ſoc.* concedunt, in poſteriori negant;
26 ſed rectè ab iis Gædd. Zœſ. & Dn. Strauch. *d. l.* divortium faciunt. Nec omitti poterit ſpecialis hæc decla-
27 ratio in novatione per confectionem novorum inſtrumentorum celebranda: Simpliciter quidem anteriorem obligationis formam in aliam traduci per nova inſtrumenta videtur; *ex l. 57. princ. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* & eo inclinat Beat. Dn. Frantzk. *libr. 2. reſolut. 10. num.* 114. Deciſ. Saxon. Elector. 7. *edit. Anno 1661.*

*1661. per verb.* Gegen einer Handſchrifft. & ita ſentit Gotofred. *ad d. l. lit. G.* Perez. *in C. h. t. n. 5.* Cujac. *lib. 19. obſ. 36. in fin.*

Sed quid de hac facti ſpecie ſtatuendum: Si de- 28
poſitarius vel creditor privilegiarius uſuras ſtipulatus ſit vel acceperit à debitore, an hoc ipſo creditum & depoſitum novatum, & prærogativa amiſſa cenſebitur? Certè ſi ex nobiliſſimorum JCtorum modernorum 29
obſervationibus petenda reſponſio, dubium reſtat nullum, quin affirmativa juri foroque conſona declaretur. Sic de mercede famulorum *Berlich. concl. 64. num. 79.* 30
de pecunia hæreditaria, *Dn. Carpzov. ad C. 28. p. 1. def.* 31
*59. & in Reſp. Elector. lib. 4. T. 2. Reſp. 16.* Beuther *tr. de* 32
*jur. prælat. p. 2. c. 29.* de depoſito *Moller. ad Conſt. 28. p. 1. n. 75.* & quamvis Beuter. *c. 43. p. 1. d. tr.* fallentiam, quam tacitè amplectitur Carpz. *ad C. 21. p. 3. def. 16. n. 7.* ſuggerat, 33
dubius tamen Berlichius, eam, ſi vera eſſet, auream fore ſignandis literis inquit. *d. concl. 64. p. 1. nu. 8.* Sententia iſtorum ampliſſ. virorum his ſuffulta apparet argumentis, & quidem 1. ſumpto à Dd. quos longo a- 34
gmine adducit Berlich. *d. l. n. 7.* autoritate, 2. à ratio- 35
ne *l. 7. §. 2. ff. depoſ.* quam exprimit Carpzovius *libr. 4. Reſp. Elect. t. 2. Reſp. 16. n. 15. & C. 28. p. 1. def. 59. num. 6.* ubi dicit per id à qualitate debiti receſſiſſe, & illud ſaltem tacitè & per conſequentiam in mutuum convertiſſe videri creditorem. 3. ab æquitate, quâ potior eſt 36
cauſa ejus, qui uſuras neglexit præ alio. *Berlich. p. 1. concluſ. 70. num. 13.* 4. à diverſitate nominum, cùm a- 37
liud ſit credere, aliud deponere. *l. 24. §. 2. ff. de reb. autor. jud. poſſ.* 5. à confuſione rerum, ex quâ abſurdum 38
oritur *l. 7. C. de Codicill.* 6. à proprietate mutui, in 39
quod ſolum uſuræ conventæ cadunt. 2. *Gail. 5. n. 1.* &

 7. à de-

7. à deciſione legis clarâ *d.l.7.§.2.ff.depoſ.l.24.§.2.ff.*
40 *de reb.aut.jud.poſſid.* Quibus Dn.Carpzov.Berlich.
& Moll. ratio hoc loco unicè ſuperſtructa eſt; quibus
41 & addi poterit 8. *l.24.l.26.§.2.ff.depoſ.* & 9. mul-
42 to magis urgens textus *l.2.C.de jure dom.impetr.* 10.
à confirmatione Sereniſſimi Electoris Saxon. *deciſ.7.*
*per v.* **Wenn aber der Schuldner ſolche Erbgelder dem**
**Gläubiger jährlich verzinſet etc. ſo haben ſie die Na-**
**tur und Eigenſchafft benebenſt dem Recht und** *privile-*
43 *gio* **verlohren**/ quam ſi alibi non ut legislatoris, tamen
ut Doctoris celeberrimi amplecti poterimus, *Sigiſm.*
44 *Finckelth.obſ.1.n.21.* & 11. tandem ab obſervantia in
foro Electorali, *à Dn.Carpz.d.82.& def.*probatâ.
45 Verùm, cùm hîc ex mente contrahentium hujus
rei ex parte deciſio erit petenda, monente Bachovio *in*
*not.ad Treutl.diſp.26.de depoſ.th.6.lit.a.* & in dubio fa-
ciliores ad negandam, quam inducendam novationem
debeamus eſſe *Bartol.in l.pen.nu.3.ff.de prætor.ſtipul.*
& ſi contractus duo unâ conſiſtere poſſunt, tunc priori
per poſteriorem nunquam cenſeatur derogatum. *Hart-*
*man. Piſtor.obſerv.221.nu.9.* Nec, quicquam ſtipula-
tioni, niſi expreſsè poſitum, ut contractui ſtricti juris,
inſit. *l.99.ff.de V.O.* Hoc loco autem nec cauſam, nec
propoſitum fœnorandi habeat deponens. *l.4.ff.de*
*reb.cred.* nec per acceptionem uſurarum ſemper do-
minium transferatur. *l.31.§.idem juris.ff.Locati Con-*
46 *duct.* nec privilegia & prælatio usque amittatur: *l.44.*
*§.1.ff.de adminiſtr.& per.tutor.* pactumque de accipi-
endis uſuris eſſentiam prioris obligationis non deſtru-
at, *Bachov.cit.l.th.6.lit.a.* & remaneat, vereor absque
cauſa locum legi noſtræ *ult.C.h.t.* denegari & contra-
rium verius eſſe: Facili negotio defenſoris obviatur
fun-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0030-1

fundamentis: & ad 1. reſpondetur, Dd. ſecundùm al- 47
legatas leges intelligi debere. *Berlich.deciſ.206.n.8.* 2. 48
legis rationem non eſſe ſufficientem, cùm deſit expreſ-
ſa remiſſio, improprietatem ipſam de notante voculâ;
quaſi. *Inſt. de obl. quæ quaſ. ex contract.* & Carpzovii lo-
cum parum convenire cum iis, quæ extant *l.5. Reſp. E-
lect. Reſp.105. t.9. & ad C.19.p.2.def.16.* ubi cum Fabro,
errorem Pragmaticorum intolerabilem nuncupat, qui
jure novo ex Veriſimilibus & manifeſtis præſumptio-
nibus contrahi mutationem debiti autumant: ſed quæ 48
hic ultra faſtigium ſimilitudinis & manifeſtitatis, *ſit ve-
nia verbo*, elatæ & elocatæ offendunt conjecturæ, niſi
quod deponens propter tenue uſurarum lucrum do-
minium abjicere, & ſua jura profundere; depoſitarius
verò, in eo, quod magis ex utilitate alterius ſuæ cuſto-
diæ committitur; pro exiguo uſu ultra inſolitum fœ-
noris onus, etiam omne periculum & caſus ſuſcipere:
Alius autem creditor privilegiatus ſupra tædium pro-
rogatæ ſolutionis pro minutiſſimo commodo, & qui-
dem vix ac ne vix damni compenſatorio, horridam
præconis vocem de bonis ſui obærati debitoris expe-
ctare, & inter chirographarios, *quod plerumque evenit*,
inanis ex altercantium de prioritate coronâ abire ve-
lit, inde eas colligas? Ex æquitate 3. cerebrina non ju- 49
dicandum ſed legibus. *Heig.p.1.obſ.37.nu.12.* nec ini-
quitas committitur hoc loco. *l.13. §.1.ff.de injur.* Di-
verſa 4. nomina ſunt, nec confunduntur, nec 5. res. 50
Obligationis cauſam principalem, *l.8.princ.ff.manda-
ti.* initium non poſtfactum. *l.12.ff.ad SCt. Maced.* & in- 51
tentionem agentium ſpecta. *Dinner.tr.de interpretat.
contr.concl.1.n.1.* contra quam nec locatio nec mutu-
um conſtituitur, niſi contrahentes tale eſſe voluerunt.

*We-*

52 *VVeſenbec.ff.depoſiti.n.5.* Nec 6. propria commi-
ſcentur; Sic rei depoſitæ uſum concedimus, *Schnei-*
53 *devv. Inſt.q.m.t.o.rubr.de mutuo.n.16.* Vel ut illa vel
ejus quantitas reddatur, paciſcimur, anne credimur
mutuum potius contrahi? ita videtur: depoſitum ta-
men eſt. *Frantzk.exerc.9.q.8.n.3. VVeſenb.d.l. & ibid.*
54 *Hahn in obſ.pract.n.5. Schneidvv.d.l.* & ipſe Gail. *d.l.*
diſtinguit, inter uſuras quoad formam contractus tales
55 & mentales. *n.2.* Parum ſtringit 8. cum ipſa *l.24.&*
*26.ejusd.tit.* legem contractus ſervari, & actione depo-
ſiti uſuras peti jubet; quomodo autem contractus ſer-
vabitur, vel actio dabitur, ſi ipſo jure obligatio ſublata
foret? *Bachov.ad Treutler.d.26.th.7.lit.c.* & poſito;
56 nec tamen ex his legibus *per l.ult.C.h.t.* correctis in
præſenti materia, *in ſimili* cum Fachinæo *l.3.contr.91.*
*in fin.* determinationem quærendam dixerim. Nec
9. *d.l.2.C.de jure dom.impetr.* hoc probat, ubi Impe-
57 rator non clarè decidit, ſed videbitur ſic, reſpondet;
poterit & dici illam legem in facto priori directo con-
trario & ita in novatione ex exiſtentiâ & evidentiâ tali,
loqui, quo evitetur jurium correctio; nec quicquam
facit textus *l.24 & 26.d.t.* egreſſionem notiſſimorum
terminorum depoſiti & contrarietatem naturæ ur-
gens, cum multa contra naturam obligationis ſæpe
58 adjiciantur, ſalva manente illius ſubſtantia. *Dinner.d.*
59 *tr.concl.8.* & ſic in terminis dicitur, ſi pupillus poſt pu-
bertatem uſuras à tutore acceptaverit, privilegium ſu-
um non perdit in bonis tutoris venditis. *l.44.§.1.ff.de*
60 *adminiſtr.& peric.tutor.* Conſtitutio 10. Saxonica
noviſſima opinionem hanc magis adjuvat. *per verb.*
**oder Sie mit deſſen Beliebung kegen einer Hand-**
**ſchrifft/ als ein** *mutuum d.nov.7.&c.it.* **Daß beyder An-**
**weiſ-**

weiſung nicht alleine der *novation*, ſondern auch der vorigen *obligation*, *hypothec* oder Verſchreibung mit ausdrücklichen Worten *caſſi*ret und auffgehoben worden/ gedacht werden ſolle/ allermaſſen dieſes *in delegationibus*, ſo wohl als andern *novationibus*, woferne dieſelben kräfftig ſeyn ſollen / nothwendig geſchehen muß. *novell.* 66. & 11. Jura non juſtificantur exemplis, imò ipſo fatente Dn. Carpzovio, Facultas Jurid. Lipſ. & VVitteberg. 61
& Senatus Appellationum Dreſdenſis in diverſum abierunt judicium. *d. Reſp.* 16. *lib.* 4. *t.* 2. & quamvis illud denique correctum fuerit, alia tamen, (*quam ipſe refert ibid. n.* 16.) ſupervenit cauſa, & ſententia noviſ- 62
ſima non ſemper eſt optima. *l.* 1. *princ. ff. de Appell.* Et 63
ſic in concurſu der Seidelſchen creditoren zu Allendorff pronunciatum memini, Ubi Gregor. H. à debitore pecuniæ hæreditariæ uſuras judicialiter, & inſtrumento deſuper confecto ſtipulatus erat, ad easque conſequendas agros certos utendos fruendos acceperat, nihilominus, concurrentibus creditoribus receſſum à pignore & ære beneficiis juris nobilitato maximoperè & faſtuosè urgentibus, reſidua quantitas decernentibus Dn. Scab. Lipſienſ. *Menſ. April. Anno* 1661. nomen & prælationem antiquam, injunctâ reddendâ ratione de fructuum perceptione, retinuit, quæ ſententia, interpoſitâ Leuteratione, à JCtis hujus illuſtris Salanæ *Menſ. Febr. Anno* 1662. non reformata, in rem tranſiit judicatam.

Et hæc de formâ novationis eſſentiali: Acciden- 64
taliter ut obligationi, ineſt novationi Conditio, dies, modus & acceſſio. *l.* 44. *ff. de Obl. & Act. Ludvvell. in diſp.* 24. *ad* §. 3. *Inſt. q. m. t. o. th.* 7. *lit. h.* Conditio 65
efficax, quæ interponitur in ipſo negotio, non poſt conſummationem ejus. *d. l.* 44. §. 2. ſuſpendit eam uſque

 ad

ad purificationem. §. 3. *Inſt. d. t. l. 8. ff. hîc. Vinn. ad d. §. n. 6.* dummodo tempore exiſtentiæ adſit perſona capax vel vera *l. 14.* §. 2. vel ficta *l. 24. ff. hîc.* ſi verò conditio neceſſariò eveniet, pura videtur contrahi. *l. 9. ff. h. t.*
66 Dies itidem incertus pro conditione habetur *l. 75. ff. de condit. & demonſtr.* certus; novationis vires non remoratur. *l. 8.* §. 1. *ff. h. t.* Modus eſt vel alternativus
67 *l. 8.* §. 4. *l. 26.* & §. 2. *ff. hîc.* vel conjunctivus *l. 26. l. 34.* §. *fin. eod.* Acceſſio ineſt noviſſimæ ſtipulationi. *l. 9.* §. *fin. l. 15. ff. h. t.* §. 3. *Inſt. & l. fin. C. h. t.*

## CAPUT VIII.
## De
# COGNATIS.

1 CUm novatio ſe habeat inſtar Jani bifrontis, *Zachar. Setſer in not. ad* §. 3. *Inſt. q. m. t. o.* unoque vultu præcedentis pacti corruptionem, altero verò ſubſequentis generationem præ ſe ferat, & ita inter contractus & diſtractus ſit intermedia. *arg. à rubr. ſerie ff. & C. hîc Perez. in C. h. t. n. 1.* ſequitur etiam ut illa aliis aliàs ſeparatis,
2 & invicem contraria illi aſſimilentur. Ratione libera-
3 tionis; acceptilatio, ſolutio & oblatio; ratione obligationis; ſtipulatio, fidejuſſio naturam illius proximè ac-
4 cedit: Proprius tamen utroque reſpectu mora in obligatione faciendi, transactio, jusjurandum, conſtitutio, litis conteſtatio, & prorogatio.

5 Mora vel procacia rei in obligatione faciendi commiſſa efficit, ut per eam ſuccedat obligatio in id, quod intereſt: initio enim ſic quaſi conventum videtur, ut ſi non fiat, illud verè debeatur. *l. 24. ff. quando dies legat. l. 68. l. 72. l. 87. l. 112.* §. *fin. ff. de V. O. l. 13. ff. de re judic.* cùm veteres incivile eſſe crediderint, aliquem

ad fa-

ad faciendum cogere. *l.71. princ. de condit. & demonſtr. l.45. ff. de Proc.* B. Frantzk. *exerc. 11. q. 1. n. 8. & in diſp. de oblig. th. 48.*

Transactio: nam & per hanc anterior conventio enervatur, novaque interdum conſtituitur. *l.40. C. de transact. ibique Magnif. Dn. Richter. nu. 8.* 6

Jusjurandum, quod Paulus *l.26. ff. de jurej.* quia per illud nova actio oritur *l.30. ff. eod. t.* & exceptio contra priorem ſurgit. *l.9. ejusd. t.* ex numero novationum eſſe dixit. *Bachov. ad Treutl. diſp. 29. vol. 2. th. 5. lit. e.* 7

Conſtitutio; qua quis alienum debitum ſuſcipit. *l.1. ff. de pecun. conſtit.* quo caſu etiam anterior remanet obligatio. *l.59. ff. de ſolut. VVeſenb. ad illum tit. n. 13.* & nova conſtituitur. *d.l.1. vid. Bachov. ad Treut. v.2. diſp. 28. th. 5. lit. c. Erneſt. Cothman. vol. 2. conſ. 1. n. 49. Faber in C. libr. 8. t. 28. def. 31.* 8

Litis conteſtatio; per quam anterior actio correo aufertur credendi. *Practic. Ferrarienſ. t. 39. in form. libell. contra plures hæred. gl. 6. n. 7.* & delegatio celebratur *l.11. ff. h. t.* & in judicio quaſi contrahitur. *l.3. §. idem. ff. de pecul.* accedente ſententia judicis *per text. l.3. C. de uſur. rei judic.* ſic fidejuſſores poſtea generaliter condemnati pro virilibus, non inſolidum tenentur, quia antea aliter obligati erant. *l. 1. & 2. C. ſi plures una ſentent.* Vid. *VViesenbach. cit. loc. & Barnab. Briſſon. d. tr. de ſolut. cap. de nov.* & tunc non tam judicii origo, quàm ipſa judicati obligatio ſpectatur. *Briſſon. d. l.* 9

Prorogatio: quæ eſt termini ſolutionis prolongatio, per quam actio prior uſque ad tempus conceſſum impeditur, & dies conceſſus ſtipulationis pars reputatur. *l. 1. §. 2. ff. de edend.* quæ ſi mutatur principalis mutata videtur, ut fidejuſſores & pignora inde liberentur; 10

 in

in qua opinione ſunt multi, & quæſtionem hinc inde variis adductis argumentis tam ambiguam reddiderunt, ut Cæſareâ indigeret compoſitione. *Joh. Köppen. deciſ. 40. n. 3. Berl. p. 2. concl. 25. nu. 2.* & ſpecialem conſtitutionem in foro Saxon. *p.* 2. *C. 19.* extorſerit.

## CAPUT IX.

## *De* EFFECTU.

1 Effectus novationis conſiſtit in liberatione & ſolutione; nam qui novat ſolviſſe dicitur *l.* 21. §. *3. ff. de annuis leg. Vinn. d.* §. *3. I. q. m. t. o.* & ſicut ſolutione ſic novatione ipſo jure tollitur anterior contractus. *d.* §. *3. Inſt. l. 31.* §. 1. *ff. h. t. Bocer. claſſ. 4. diſp. 19. n. 103.* & in fo-
2 ro mercatorum opponitur, *poſt Bartol. Jaſon. & alios Robert. Marant. in ſpec. aur. p. 6. de execut. n. 67.* Quod
3 verum eſt tam quoad principalia, quam accidentalia. *Zæſ. ad ff. h. t. n. 13. & C. eod. Perez n. 8. Parlador. d. l. 2. p. 1. rer. quotid. c. f.* §. 12. *lim. 6. Magnif. Dn. Struv. d. exerc. 47. th. 60.* Sic hypothecæ, fidejuſſores & pignora relaxantur. *l. 18. ff. h. t. l. 11.* §. 1. *ff. de pignor. act. l. 4. C. de*
4 *Fidejuſſ. Althuſ. Jurisprud. Rom. d. l. c. 69. Hering. de fidejuſſ. c. 20.* §. *3. n. 1.* niſi convenerit, ut pignora in nova
5 ſtipulatione repetantur. *l. 11. ff. de pign. act. l. un. C. Etiam ob chirographariã. l. ult. ff. qui potior. in pign. Dn. Strauch. d. diſſ. 17.* §. *7. Mynſing. cent. 1. obſ. 59. & 2. Gail. 30. n. 10. Vinn. d.* §. 3. *Inſt. h. t. VVieſenbach. d. l. th. 7. NeguZant. de pign. p. 5. m. 2. n. 13. Parlador. cit. l. n. 52.* ſic actio tu-
6 telæ & dotis. *l. 29. ff. h. t.* funebrium expenſarum
7 prærogativa *l. 17. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* ſeparatio-
8 nis indultum *l. 1.* §. *10. ff. de ſeparat. l. 2. C. de reb. autor. jud. poſſ. Magnif. Dn. Richter. tr. de jure & privil. credit. c. 1. de jur. ſeparat. nu. 126. & 129.* & paratæ executionis bene-

nefi-

neficium. *l. 2. C. de execut. rei judic. l. 4. ff. de re judic.*
*l. 40. ff. de minor.* & competentiæ privilegium in dona- 10
tore *l. 33. ff. h. t.* & marito reſpectu reddendæ dotis *l.* 11
*41. ff. de re jud.* nec obſtat *l. 32. ff. ſolut. matrim.* amit-
tuntur, uſurarum curſus præcluduntur *l. 18. & 29. ff.* 12
*h. t.* pœna evitatur *l. 15. ff. h. t. l. 113. ff. de V. O. Perez in*
*C. hîc. nu. 8.* mora purgatur *l. 17. ff. de condict. furtiv. l.* 13
*72. ff. de ſolut. l. 8. & 14. ff. h. t.* non adverſante. *l. 31.* 14
*eod.*

Inſuper & alter effectus eſt novæ actionis conſtitu- 15
tio *l. 2. C. de Execut. rei judic.* quo intuitu dicitur con-
tractus *Gædd. d. tr. c. 1. nu. 72. Hilliger in Donell. enucl. l.*
*16. c. 20. lit. ſ.* & tranſit in eum quoque, qui antea acci-
dentaliter interfuit anteriori obligationi, & jam ab illa 16
liberatus eſt; Sic procurator, *l. 67. ff. de proc.* tutor *l. 5. ff.*
*quando ex facto tutoris.* adminiſtrator Reipublicæ *l. 3.*
*§. 2. C. de Adminiſtr. rer. ad civit. pertin.* licet finito of-
ficio, adhuc ut principalis convenitur. Sufficit au- 17
tem ut hic novus contractus vel civiliter vel naturali-
ter teneat. *§. 3. Inſt. q. m. t. o. ibique Vinn. n. 1. D. Struv.*
*cit. l. theſ. 59.* & parum refert, ſi plures adſint cauſæ fina-
les, utra conſiſtat. *Everhard. in Loc. top. loc. à contrario.*
*82. n. 19.* Notandum etiam hoc loco venit, quod 18
ea, quæ in novationem deducuntur, qualitatem & na-
turam anteriorem penitus amittant, novamque indu-
ant eſſentiam, & ſi in illa conventione, loco acceſſorii;
hâc principalis nomine veniant: Veluti ſi alius valor 19
eſt monetæ, tempore obligationis antecedentis, & alius
tempore novantis, tunc tempus novationis erit inſpici-
endum, & ſecundum illud ſolutio præſtanda. *Berlich.*
*deciſ. 153. ubi tradit ſic à JCtis Lipſienſ. pronunciatum, &*
*memini paucis abhinc ſeptimanis Menſe Auguſt. anni in-*

*ſtantis itidem in Curia Provinciali Electorali Lipſienſi ob-*
*ſervatum fuiſſe, in cauſa Mariæ G. à L. viduæ ſuperſtitum*
*hæred. contra nobiliſſimum A. B. à B.* quod & requirit in
foro Saxon. Electorali, das Churfürſtl. Sächſ. Mandat we-
gen der *reduction*, §. und ſo viel erſtlich ꝛc.
20 Vel, ſi Titius Cajo *1000. fl.* & tot loco intereſſe de-
bens, hoc Titii nomen Cajus per novationem dele-
gat Sempronio creditori ſuo, quorum etiam exolutio-
nem Titius promittit: tunc ſi in mora eſt, tenetur ulte-
rius de uſuris, uſque integram ſummam ſortis illæ a-
ſcendant & in quantitatem *4000. fl.* excreſcant. Quod
ſchema in terminis ponit, & ſic in hac alma à Collegio
Iuridico judicatum, ſibique à Magnif. Dn. Struvio ſen-
tentiam communicatam fuiſſe refert, Dn. Otto Phi-
lipp. Zepper. *in diſcurſ. jurid. decem illuſtr. materiar. tit.*
*de anatociſm. 9. n. 39.* quod multo magis procedere exi-
ſtimat B. Frantzkius Wenn der Schuldner neue Brieff und
21 Siegel ausgeantwortet/ id eſt, *ut ſe ipſum explicat, alias e-*
*nim ex nuda confectione novorum documentorum id vix*
*evincitur, quæ magis ad facilem probationem, quàm eſſen-*
*tiam novationis pertinet. l. 4 ff. de fid. inſtrum.* ſi novatio
celebrata ſit, *lib. 2. variar. reſolut. reſ. 10. n. 114.*

## CAPUT X.
### De
# CONTRARIIS.

PErſpectis cauſis novationis conſtitutivis jam con-
cludendo & deſtructivas perluſtremus. Deſtrui-
22 tur novatio vel quatenus eſt in fieri, quod impropriè
dicitur; cum privatio præſupponat habitum. *princ.*
*Inſt. de Libert. l. 208. ff. de R. J.* & accidit facillimè, per
abſtra-

abſtractionem cauſarum conſtituentium, *Ariſtot. in top. & Ulpian. l.35. ff. d. R. J.* ſic deſtruitur vel oriunda cohibetur potius ex defectu formæ. *l.14. ff. h. t.* quod obſtaculum eſt firmiſſimum. *Vant. de null. proceſſ. c. 1. n. 14.* materiæ. *l. 5. l. 24. l. 31. ff. h. t. Bachov. d. d. 29. th. 5. l. c.* vel ſubjecti recipientis. *l. 14. §. 1. ff. hîc.* vel finis. §. *3. Inſt. d. t. & l. 1. ff. eod. Hilliger in Donell. c. l. lit. d.*

Quatenus eſt in facto, ſeu contracta, tunc eadem 23
variis ex cauſis annullari vel tolli poterit, inter quas eminentiores ſunt; diſpoſitio legis prohibitiva ut in *l. 22. ff. ſolut. matrim.* & in obligationibus minorenni- 24
um *l. 20. ff. h. t.* Læſio immodica *l. 5. C. de dol.* dolus 25
illi dans cauſam. *l. 22. ibique Gotofred. in l. d. ff. ſolut. matrim.*

Exceptio in factum, ſi filiusfam. mutuam accepit 26
contra Sctum Macedonianum pecuniam, & paterf. factus animo novandi ejus ſolutionem ſtipulatus eſt per ignorantiam *l. fin. ff. ad Sct. Maced.* ſecus ſi ſcienter. *l. 2. C. eod. t.* Periculum, ex pacto in debitore rema- 27
nens, etiam efficit, ut creditor non obſtante novatione eundem conveniat. *l. 45. §. 7. ff. Mandati:* Item reſti- 28
tutio in integrum. *l. 27. §. pen. l. 50. ff. de Minor. l. un. C. de reput. Caſpar Manz. tr. de Reſt. in integr. t. 2. nu. 227.* quo caſu & in eum ſtatũ quo antea erat prior obligatio quoad creditorem, res recidit. *Manz. d. l. per d. l. fin.* Actio de dolo. *l. 5. C. de dol.* Actio in factum, ſi ab eo 29
læſi erimus, quibus reverentiam aut obſequium debe- 30
mus. *d. l. 5. C. de dol.* Actio reſciſſoria; ſi mulier con- 31
tra Sctum Vellejanum alienam ſuſcepit obligationem & reſilit, creditori in priorem debitorem & fidejuſſores conceditur. *l. 16. C. ad Sct. Vellejan.*

Tan-

Tantum: Congruè materia ſocia delegationis adderetur, ſed cum anguſtiis pagellarum nec includi poterit, nec animus, propoſitum transgredi, tulerit, ſubſiſto, illamque futuræ, DEO & die permittente diſputationi conſecro. Domino noſtro JESU CHRISTO, unico omnis reatus novatori, qui animo per ſacroſanctam incarnationem, verba vitam & mortem claritate clarius ſpecialiter expreſſo, expromiſſor noſtra ſuſcepit debita, pœnam, quam æternam dilacerationem & diſſecationem cruentæ duarum tabularum leges, non ſolvendo exiſtentibus, atrociter minitabantur, ſuſtulit, & præſtita ſolutione, pleniſſimam liberationem & ſecuritatem nobis paravit, illi, inquam, cum Patre & Sacroſ. Spiritu ſit

# LAUS, ET HONOR, ET PERENNIS GLORIA!

Muſ

Muſt des Edlen Schröters Ruhm
Euch mein Freund/ Minerva Bruder/
Jtzo ſelbſten mit begleiten
Zu der Pallas Eigenthum/
Daß ihr köntet überſchreiten
Helikons gebüſchte Höhen/
Auff dem Gipffel bliebet ſtehen?
War dieſes der Magnet/
Der Euch ihm ſich angezogen
Nach der grauen Ewigkeit/
Daß Jhr mit Jhm überwogen/
Was man hält vor Endligkeit
Rechnet zu der Nichtigkeit?
War diß der Paß-Brieff diß
Wornach Jhr ſtets geſtrebet
Jn der Chariten Schoß?
So habet ihr erlebet/
Geſchloſſen auff das Schloß
Des theuren Pindus Pforten.
Zeiget nur frölich das theureſte Siegel
Unſer beſchrienen Muſen-Schaar
Reichet des Schröters ſtetsgrünende Flügel/
Welche nicht zwinget das Parcen-Paar/
Wird Euch der Zynthius gerne zulaſſen/
Daß Jhr den Palmenbaum möget anfaſſen.
Seht wie die Pallas doch ſelbſten ſo eilet/
Windet den ewig-ſtets-grünenden Krantz.
Klio auch gleichfalls ſich gar nicht verweilet/
Führet Euch zu dem vergötterten Tantz;
Wil Euch das theure Zweig ſelbſten herreichen
Euren Ruhm mit den Chariten vergleichen.
Ey nu ſo eilet und holet die Krohne/
Die euch erworben eur ſaurer Fleiß



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0041-2

Nehmet Sie als zum verdieneten Lohne
Vor den vergoſſenen heiſſen Schweiß/
Daß Euch der Fama geflügelte Wagen
Möge biß über die Sternen hintragen.

Welches dem Urheber dieſes Werckes/als ſeinem vielgeneigten Hn. Tiſchgenoſſen/hochwerthen Freunde zu Ehren eilfertigſt mit ſchuldiger Feder entwerffen wollen

Stats Victor von Mandelßloh/ Eq. Br.

---

Jetz da der Silber-Sternen Schluß
Mich führt in abgelegne Gräntzen/
Die nicht von hießger Sonne gläntzen/
Und da ich Abſchied nehmen muß
Bey dem drey-fach-beſtromten Linden
Traff mir gewündſcht das Glücke zu
Dich hier/O Bruder-Freund/zu finden/
Wo Febus herſcht in ſtoltzer Ruh.
Was iſts was man allda beginnt?
Fragt ich/ wie wilt du etwan beſſer
Dich letzen an dem Kunſt-Gewäſſer
Das von dem Pferde-Brunnen rinnt?
Wie wilt du forſchen in den Schrifften
Die auffgeſetzt Juſtinian
Sich Sterbens-freyen Ruhm zu ſtifften?
Nein: Darum iſts wohl nicht gethan.
Nein: Leipzig das dir war geneigt
Mit ſeinen keuſchen Kaſtalinnen
Hat dir auff deren heilgen Zinnen
Diß meiſtens reichlich zugereicht.
Eh andre ſich geſchickt zu hören
Was Themis ihnen vorgebracht/
Da hatteſt du die theuren Lehren
Gefaſſt und eigen dir gemacht.
Dein Zeugnis wird durch ſich bewährt:
Wo der Aſtreen Wage theilet/

Und

Und wo mit Blut und Gluten heilet
Die Frevel-That ihr Rächer-Schwerdt;
So iſt durch dich hindurch gedrungen
Die Unſchuld die faſt war gericht.
Hingegen mancher auch gezwungen
Zu leiſten was Ihm hieß die Pflicht.
Dein kluger Kiel und treuer Rath
Hat deinen Ruhm entdeckt vermehret
So daß wo man den Purpur ehret
Man dich dadurch erkennet hat:
Dem ſeiner Ahnen Preis erhoben
Der/ und Menalkas ehret dich/
Auch melden ſelbſt die ſchönen Proben
Die du gethan/ in Städten ſich.
Und dieſes gibt genug an Tag/
Daß du vielmehr geſchickt zu ſagen/
Was Rechtens ſey als nachzufragen/
Und wann ichs kühnlich ſagen mag
Was du noch wilt verſchwiegen wiſſen
Du kömſt zur Themis Hoffſtatt her/
Um das dieſelbe zu begrüſſen
Was künfftig ſeyn wird dein Begehr.
Was ſich ein andrer wehlt zur Braut/
Das iſt bey dir ein neuer Tittel
Und was ein andrer braucht vor Mittel
Dadurch Er zu erlangen traut/
Die Liebe ſeiner Liebſten Lieben
Das iſt bey dir die Ankunfft hier
Es were ſonſt wohl nachgeblieben
In fall geſeht die Ehrbegier.
Die Themis blickt dich lächelnd an/
Wo täglich ihre Prieſter lehren
Da läſſeſt du dich rühmlich hören
Sie hat ein Wohlgefallen dran:
Glück zu wündſch ich/ und daß empfangen
Du mächteſt bald das Ja-Wort gar

Wenn

Wenn du's begehreſt! Dein Verlangen
Das reiche ſelbſt der Himmel dar.

*Hæc infucati affectus teſtandi gratia Dn. Autori hujus diſputationis, Advocato apud Leucopetræos hilarioris famæ Amico ſuo integerrimo & nuper fortuito Jenæ viſo, retromittebat è Lipſiâ*

Johann Ernſt Rodrig, Itineri verſus Italiam accinctus.

---

WJe hör ich/ wie kömmſt du auff Deliens Auen/
Die Wercke der ſchönen Camenen zu ſchauen.
An unſerer Saalen klatz-platzſchernden Flut?
Wie meinſt du/ Herr Bruder/ hier wieder zu finden
Die frölichen Stunden/ die unter den Linden
Uns reichte die zährtlichte Parde zuvor?
Du fehleſt/ wo dieſes ſeyn deine Gedancken/
Man findet nicht ſolches in hieſigen Schrancken/
Hier ſeyn uns die Götter der Freude nicht gut/
Hier giebet Jachus unfreundliche Blicke
Und Zeres und Nereus die haben ein Haus/
So iſt auch was Zypris von Göttern erfiſchet
Faſt meiſtens in Meiſſen zur Pleiße gewiſchet/
Was aber der lahme Vulcanus geſtifft
Daſſelbe das iſt wohl: Und anderer Gifft
Welcher der Jugend die Tugend entziehet
Derſelbig iſt längſten verwieſen allhier.
Hingegen ſo ſtrahlen in pralender Zier
Das löbliche Wiſſen die liebliche Kunſt
Und heben hoch ihre Liebhaber empor.
Auch dieſes wird einzig dir lieblich geacht
Und weiſet im Fleiſſe mit Preiſe ſich aus/
Weil ſelbſten dein Weſen die Themis anſiehet.
Wohl Bruder ich wündſche mit treulicher Gunſt
Und günſtiger Treue daß balde du mögeſt
Erhalten bey ſolcher die purpurne Pracht
Und wornach du ſelbſten Belieben ſonſt trägeſt.

E. B. M. P. L. & J. U. St.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0045-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0046-9

ULB Halle 3
005 132 592

KD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0047-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558836-p0048-1

JURIDICA

IONE

DICTA,

TE GRATIA

n Ordine in hac Illuſtri

mittente,

DE

nſultiſsimo atque Ex-

no

FRIDERICO

TARIO IN Wi-

SSORE CELEBRATISSI-

MERITISSIMO, FACULTATIS

ALIS ET SCABINATUS

VISSIMO,

EPTORE AC HOSPITE

COLENDO,

proponit

onſultorum

embr.

LXIII.

VVEISSENFELSA-

VVERTHERI.

G. 19. num. 18. 23 1663,22 a